



# Disputatio medica inauguralis de inflammatione hepatis

<https://hdl.handle.net/1874/341241>

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
*DE*  
INFLAMMATIONE  
HEPATIS.

Q V A M

DIVINI NUMINIS AUSPICIO.

*Ex Autoritate Magnifici D. Rectoris,*

D. CYPRIANI REGNERI AB OOSTERGA,  
J. U. D. nec non ejusdem facultatis in Illustri Traject.

Academ. Professoris Pande&t.

U T E T

*Amplissimi Senatus Academicorum consensu, & celeberrime  
facultatis Medicae decreto,*

*Pro summo gradu & privilegiis in Medicina consequendis,*

*Publicè sine præside defendet,*

ARNOLDUS WILS, Ultrajectinus.

*Ad diem 17. Februarii, horis locoque solitis.*



TRAJECTI AD RHENUM.

TYPIS Gisberti à Zyll, & Theodori ab Ackersdyck,  
CLO IO C LII.

Reverendis ac probitate conspicuis

V I R I S,

D. HENRICO WILS,

Medicinae Doctori.

} Fratribus meis  
germanis, frater-  
no amore dignis.

D. EGBERTO WILS.

D. CORNELIO van GHÆ-

SEL, Sororis meæ marito,  
Fratri loco habendo.

} Mercatoribus.

Hanc disputationem Inauguralem

Officiosè Offert

ARNOLDUS WILS,

Auth. & Respond.

D I S P U T A T I O M E D I C A  
I N A U G U R A L I S,

D E

I N F L A M M A T I O N E  
H E P A T I S.

T H E S I S I.



Nter affectus humanos , abdo-  
men infestantes , haud minimum lo-  
cum obtinet inflammatio hepatis.

II.

Est autem hepatis inflammatio , in-  
temperies supra modum calida , cum  
tumore , à sanguine extravasato & pu-  
trescente orta.

III.

Inflammatio hepatis , non tantum à pleuritide digno-  
scitur, propter loci distantiam , sed etiam , propter grava-  
tivum dolorem, & tussiculam inanem; dignoscitur etiam  
ab inflammatione muscularum costis hypochondrii  
dextri incumbentium, propter tumorem latentem.

IV.

Signa , hunc affectum indicantia , pathognomonica  
dicta, hac sunt , dolor gravatus & tensivus , cum inani  
tussicula & respirationis difficultate , hypochondrium  
dextrum, sine manifesto tumore, occupans; dolor ab hy-  
pochondrio ad claviculam sepe extendens , febris , cum  
pulsu celeri , crebro & inæquali ; lingua arida rebensque;  
sitis inexhausta , cum nauœa , cibi fastidio & singultu ;  
urina rubicunda.

A 2

V. Causa

V.

Causa procatarctica est aér , vel cibus , potus , vel alia causa sanguinem nimium augens vel depravans , vel in dictam partem nimium propellens.

VI.

Causa antecedens , est plethora , vel biliosi atque calidi vel depravati sanguinis in corpore redundantia , qui sanguis in hepatis substantiam effusus , ibique putrescens , causam continentem constituit.

VII.

Sanguine jam in hepatis substantiam extravasato & putrescente , & ipsam hepatis substantiam tendente , fit inflammatio & dolor gravativus.

VIII.

Et quia hepar diaphragmati annexum , & jam tumidum ac ponderosius , sua ponderositate diaphragma pleuræ annexum circa costas detrahit : Hinc dolor plerunque ad claviculam usque se extendens , cum respiratio- nis difficultate procedit ; cui accedit inanis tussicula , ab acrimonia vicini caloris pulmonem vellicantis.

IX.

Materia autem morbifica , in parte affecta putrescens , partim effundit sese in venas , & cum sanguine mixta cor ingreditur , ibique inducit febrim , producentem pulsum celerem , crebrum & inæqualem.

X.

Febris verò suo calore , humiditatem ex æsophago , lingua & faucibus continuò expellendo , producit sitim inexhaustam , & aridam rubentemque linguam ; verùm , sanguinem nimis exurendo , urinam rubicundam.

X I. Pro.

### X I.

Propter humores acres & pravos, ab hepate ventriculo communicatos, fibrasque ut & superiorem ventriculi partem vellicantes, succique fermentacei vim infringentes, oritur nausea, singultus & cibi fastidium.

### X II.

Periculosisssimus est hic morbus, propter partes affectas: metus enim est, ne animi deliquum, vel hydrops, somnium, vel alias morbus gravis ac curatu difficultissimus, vel lethalis inde oriatur.

### X III.

Curatio itaque est acceleranda, eaque in causa procatarrheticę, antecedentis & continentis ac intemperie ablatione, & symptomatum mitigatione consistet.

### X IV.

Primò vena fecetur in brachio dextro, & sanguis proportione virium largiter educatur, & deinde injiciatur talis clyster, qui non male etiam ante venesectionem præmitteretur.

Rx. fol. malvae, althae,  
betae, violar. ana. m. j. f.  
mercurial., centaur. minor. ana. m. f.  
prun. N°. xij.  
coq. in aq. comm. ad lib. j. colatur  
adde pulp. cassia vnc. j.  
diacath. vnc. f.  
ol. amygd. dulc.,  
violar. ana. vnc. j.  
mell. rosar. vnc. f.  
salis parum.  
M. F. clyster.

X V.

Postea præscribatur talis bolus, alvum laxans:

R<sub>x</sub>. *cassiae recens extract.*,  
*pulp. thamarind. ana. vnc. f.*  
*rhab. pulv. scrup. j.*  
F. *bolus. vel cum aq. cichor. f. q.f. haustus.*

X VI.

Ad dolorem sedandum & alterandum, utatur æger  
repidè tali epithemate, bis tertè in die:

R<sub>x</sub>. *fol. endiviae, acetos.,*  
*cichor., lactuc., violar. ana. m. j.*  
*summit. absinth. p. j.*  
*coq. in aq. comm. ad lib. j. f. addendo in fine decoctionis,*  
*aq. absinth.,*  
*endivia ana. vnc. j.*  
*aceti opt. vnc. ij.*  
*spec. diatronsant. dragm. j. f.*  
F. *f. a. epithema pro hepatis regione.*

Eo peracto, hepatis regio inungatur unguento santalino.

X VII.

Interea & hoc apozemate æger utatur, sumendo quan-  
titatem vnc. iij. vel iiij, tèr quaterè in die.

R<sub>x</sub>. *rad. gramin., asparag., petroselini an. vnc. j.*  
*herb. endiviae, cichor. cum toto, dentis leon. cum*  
*toto,*  
*acetos., violar., lactuc. ana. m. j.*  
*agrimon., capill. vener., borrag., buglossæ ana. m. f.*  
4. *sem. frigid. maj. & minor, ana. dragm. j.*  
thama-

thamarind. vno. j. prun. damasc. N° xij.  
uvar. pass. corinlh. vnc. j. liquirit. ras. drag. ij.  
hordei mundat. p. j.  
decoq. in aq. comm. ad lib. j. s.  
F. Apozema.

## XVIII.

Si iraque nulla spes est , inflammationem hepatis plànè , per remedia jam dicta & reiterata curari posse ; quod apparet ex inflammationis intentioribus signis : tum danda est opera , ut materia inflammationis causa quam-primum concoquatur , & in pus mutetur , quod fiet , si calor nativus per medicamenta calori nativo partis affectæ similia augeatur , & si ejus effluvium per medicamenta lentorem quandam habentia, forisque adhibita , ac poros cutis oppalentia , prohibeatur.

## XIX.

Puris geniti & latentis signum, est febris, doloris, aliorumque symptomatum commemoratorum , quædam remissio.

## XX.

Suppuratione factâ , pus se se nonnunquam in vasa effundit , & cum urina excernitur : aut in intestina delabitur , & cum fæcibus deponitur : aut ventriculum ingreditur , & per vomitum evacuatur : vel tum contingit , ut pus se in cavitatem abdominis effundat : aut peritonæo & musculis abdominis ac cute exesis , foras erumpat. quæ singula , contraria medicatione sunt impugnanda , quam hic brevitatis causa omitto.

## XXI. In

X X I.

In viētus ratione aēr ad frigidum declinet. Cibus sit euclymus, acrimoniamque humorum temperans, ex lacte amygdalato, ovis forbilibus, pomis, intybo, latuca, acetosa. Abstineat ab acribus. Potus sit ptisana vel julepus refrigerans. Contineat se in quiete. Somnus sit moderatus. Excrementa naturalia sponte vel arte prodeant. Animi affectus fugiat vehementiores, impri-  
mis iram.

F I N I S.



al. 1XX